



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

5. Inter divinæ &c. Constitutio pro Civitate Beneventana, ad quam, variis
terræmotibus labefactatam, extenditur Constitutio XXII. Gregorii Papæ
XIII. incipiens, Quæ publicè utilia, ad ornatum Urbis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

ANNO
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

485

Præfentes
publicandæ
& transfigur-
antibus fides
adhibenda.

Sanctio pœ-
nalis.

D. 8 Junii
1725. P. A.
secundo.

Publicatio.

V.

infertis, ac servatis respecti habentes, hac vi-
ce dumtaxat, illis alias in suo labore permanen-
tis, ad præmissorum effectum specialiter, & ex-
prese derogamus, ac derogatum esse volumus,
caterisque contraria quibuscumque.

§. 13. Ut praesentes Literæ ad omnium no-
titiam facilis deveniant, & nemo illarum
ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu
earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis,
& Basilicae Principis Apostolorum, nec non Can-
cellariae Apostolicae, Curieque Generalis in Mon-
te Citorio, ac in acie Campi Flora de Urbe,
ut moris est, affigi, & publicari; siveque pu-
blicas, & affixas omnes, & singulos, quos
illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac
si unicuique eorum nominatum, & personaliter
intimatae fuissent: utque ipsarum praesentium
Literarum transsumptis, seu exemplis, etiam im-
pressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis,
& sigillo aliquius Personæ in Ecclesiastica dignitate
constitute munitis eadem prorsus fides tam in judi-
cio, quam extra illud, ubique adhibetur, quæ ipsis
praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel
ostense.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum licet
paginam hanc, Nostræ voluntatis, sanctionis,
declarationis, confirmationis, præcepti, decre-
ti, mandati, prohibitionis, & derogationis in-
fringere, vel ei aulu tenuerio contraire. Si
quis autem hoc attentare præsumperit, indigna-
tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.
Datum Roma apud S. Petrum Anno Incar-
nationis Dominicæ millesimo septingentesimo vi-
gesimo quinto, sexto Idus Junii Pontificatus Nostrí
Anno secundo.

P. M. Card. Prodat.

F. Card. Oliverius.

Visa de Curia I. C. Archiepiscopus Amasenus.

Loco + Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Breviuum.

Anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo
vicequo quinto, Indictione tertia, die vero 15.
mensis Junii, Pontificatus auctem SS. in Christo
Patri, & D. N. D. BENEDICTI, Divi-
næ Providentiæ Papa XIII. Anno secundo supra-
dictæ Literæ Apostolicae affixa, & publicata fue-
runt ad valvas Basilicarum Lateranensis, Prin-
cipis Apostolorum, & S. Mariae Majoris de Ur-
be, in Acie Campi Flora, ac in aliis locis
solitis, & consuetis per me Franciscum Baldum
Apost. Cursorem.

Antonius Pellicia Magister Cursorum.

Constitutio pro Civitate Beneventana, ad quam,
variis terræ motibus labefactatam, extenditur
Constitutio XXII. Gregorii Papæ XIII. incipiens:
Quæ publicè utilia, ad ornatum Urbis Romæ
augendum edita A. D. 1574.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam
rei memoriam.

§. 1. Inter divinas ultionis flagella, quæ in sacris Li-
teris contra peccata hominum immittenda,
in que sanctorum Patrum monumentis saepè numero

Bullar. Roman. Contin. Pars II.

immissa nunciantur, terra motus magnos præcipuo
loco numerari didicimus. Nos ipsi, dama Beneven-
tati, altissimi Dei voluntate in pastorali ministerio
præpositi, adessemus, ejus potentiam & benigni-
tatem ter manifeste vidimus, hoc flagello concul-
si. Nam & civitatem nostram communivisse, po-
tentia fuit, & firmasse, benignitas! Non
enim mortem peccatoris vult Deus, sed etiam con-
verti, & vivere, ut terra motus flagello-præter-
ente, metus non transire, sed in cordibus Nostris
superficiis, eoque meliores efficiamus. Itaque
tertio Nostræ Archiepiscopatus anno recurrente, in
prima concussione Beneventana, reliquarum summe
terribili, cuius mentio Omnipotens miseri-
cordiam Nobis ob oculos ponit, Nos cum toto
Episcopio prostrati & conlepti, brachio Ex-
celsti, & praesenti ope beati Philippi Nerii Con-
fessoris, Cleri & civitatis patrum, inter communes
ejuslatus ex lamentabili strage & ruinis erexit
fuimus. Sed contra evenit quamplurimis oviis
Nostris, adficiorū mole obrutis & exintis. Si-
quidem præter episcopium ultraque basilica metropolitana, & beati Bartholomei Apostoli col-
lapso sunt, ædes quoque virginum Deo sacra-
rum, cœnobia ordinum regularium, & magna pars
afflictissima civitatis cum mœniis & turribus
corruit; adeoque amphilius Ducaus olim caput,
ipsoque aero Nostro clavisima civitas in tristia-
tiam & luctum conversa est.

§. 2. Nos ergo inscrutabili Dei providentia ex
fede Beneventana ad Petri cathedram eæctos de-
cere arbitramur, post multas & graves pastoralis
mimeris curas hanc nequaquam negligere, ut ci-
vitas, in qua Dominus per totos octo triginta
annos sedere nos voluit, eodem benedicente, A-
postolatus Nostræ largitatem experiantur. Quamob-
rem memoria repetentes damna, à tribus terra
motibus, & præteritum à primo, queni memora-
vimus, Benevento illata, civitatisque, beati Petri
Apostolorum principis, Sedisque Apostolicae imperi
subiectæ, instaurationi pro debito officio Nostræ
in posterum confulere cupientes, Constitutio-
nem pro hujus almae Urbis Nostræ adficiis orn-
inandis ampliandisque, per felicis recordationis ante-
cessorem Nostrum Gregorium XIII. editam, cum
Benevento communem facere, atque ad ejus or-
natum & commodum extendere decrevimus. Ita-
que quum novarum adiunctorum, à Romanis civibus di-
latandarum reædificationi, absque vicinorum jac-
tura idem Gregorius antecessor Nostræ prospicere
vellet, provida Constitutione anno tertio sui Pon-
tificatus vulgata, cuius initium: *Quæ publicè utilia,*
super hujusmodi novis adficationibus, emendique,
& retrahendi jure vicinorum domos, quedam à
jure congrui non recedentia, sed æqua eidem &
confona, in iudiciis hac de re habendis, observanda,
disposuit atque decretivit, ut in jam dicta Consi-
tutione uberior legitur: quam totam hic renovatam,
& præsentis huic Nostræ, veluti de verbo ad ver-
bum infartam haberi, & censeri volumus. Nos ve-
ro, qui eandem Nostram civitatem Beneventanam,
beati Petri fidelissimam filiam, verè paterno & nun-
quam, nisi nobiscum interituro amore complecti-
mur, eandemque in dies per generosos cives no-
vis adficiis sacris & civilibus ornari & augeri cupi-
mus, ut hoc facilis & alacrius peragatur, debita-
que juris honestate servata promoveatur, prædic-
tant Gregorianam Constitutionem, omniaque &
singula in ea disposita, statuta, & servanda in dilata-
tandis, ampliandisque adficiis, emendandisque, &
retrahendis vicinorum domibus causa dilatationis,
ampliationis, & ornatus ejusmodi, Nos Aposto-
lica auctoritate, ad civitatis Beneventanae utilita-
tem & beneficium perpetuò extendimus, diffundi-
mus, & ampliamus, ita ut super extentionibus
& retractibus domuum sternendisque ejus-

ANNO
1725.

Beneventum
terra morti-
bus, divina
ultionis fla-
gellis con-
culum.

Constitutio
xxii. Grego-
rii Papa
XIII. pro Ur-
be Rôma, ad
civitatem
Beneventa-
nam extendi-
tur.

In emendis retrahendis que vicinorum domibus pro locis Deo dicatis instaurandis, iussum pre-tum tantum, & non amplius sol-vatur.

Hec Constitutio in par-tent Bene-ventanæ ci-vitatis ornatui magis fa-vorabilem, semper ex-plicanda & inter-pretan-da.

Pro hac Constitu-tio-ne firmando cæseris qui-buscunque deroga-tur.

dem civitatis viis & plateis, erigendisque privatis & publicis ædificiis, illius ornatum spectantibus, Gregoriana Constitutio semper & ubique observari debeat; judicesque in causis contumaciam se ventilandis, ad formam ejusdem Constitutionis, & non aliter, definire & judicare te-nentur.

S. 3. Sed quia in eadem Constitutione Gregoriana expresse cayetur, ut, si quis in propria domo, fando, soleve ædificare voluerit, vicini suas domos, & loca, ejusmodi ædificiis utilia, seu necessaria, ut pote eidem domui, fundo, & solo contermina, neque ab ipsa culta, sive habirata, sed tantum locari solita, ei vendere omnino cogantur; pretio tamen aucto ad duodecimam partem, ultra æquum & congruum ejus estimationis pretium faciendam; sive ædificio, quod insigne evasurum sit, perficiendo quæpiam domus, à proprio domino habitata, sive hortus, alijsve locus, muris cinctus, tali ædificio exstruendo cohæreat; tunc, eo jam cœpto, & à duobus saltæ lateribus domui, horto vel loco ejusmodi cohærente, cuius estimationem quadruplo ædificium illud sit excessurum, domus, horti vel loci dominus, etiam in illis habitans, cogatur ea vendere, aucto tamen ad quintam partem pretio solvendo; nos hæc perpendentes, & locis Deo dicatis, ut summum Pontificem decet, præsidere volentes, ædes sacras, monasteria, aliaque loca pia ab utroque hujusmodi pretio & augmento absolviimus, ex-nimus, & liberamus, Ecclesiæque, monasteria, aliaque loca pia, volumus & statuimus, ut tanti dumtaxat, non pluris, quanti domus & cætera loca, eorum dominibus, fundis, ac solo vicina, justæ æstimata fuerint, pro tali exemptione & retractione solvere teneantur.

S. 4. Ubi vero hæc omnia & singula, præsentibus Apostolicis Literis Nostris comprehensa, atque statuta, fortasse in aliquibus circa legitimum sensum in controversiam adduci contigerit, volumus & decernimus, in eam partem explicari debere; quæ civitatis ornatui magis favere videatur, semperque sive in judicio, sive extra judicium, ubique favorabilia censerit; atque ita ab universis judicibus, etiam Nostri Palatii Apostolicæ, & S. R. E. Cardinalibus, sublata quavis aliter explicandi, interpretandi & judicandi potestate, explicari, interpretari & judicari debere: sive fecus fiat, id totum fore iritum & inane.

S. 5. Hac autem fieri volumus atque statuimus, non obstantibus quibuscumque, & felicis recordationis Symmachi & Pauli II. antecessorum Nostrorum de rebus Ecclesie non alienantibus, alijque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, legibusque etiam civilibus, dictæque civitatis Beneventanæ, & Ecclesiæ, Monasteriorum, locorumque religiosorum, sive priorum, ordinumque, bona ejusmodi possidentium, statutis, & consuetudinibus, nec non testantium voluntatibus, alijque dispositionibus, etiam jurejurando, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis; privilegiis quoque & Literis Apostolicis, eisdem Ecclesiæ, Monasteriis, & locis, eorumque superioribus, capitulis & conventibus, seu populo Beneventano, & alij quibuscumque, concessis, ac quibusvis Sedis Apostolicae indulgentiis: per quæ præsentium execu-tio, & per eas tributæ jurisdictionis explicatio posset quomodo libet impediri vel retardari: quibus omnibus, eorum tenores pro plenâ & integrè expressis habentes, de plenitudine potestatis deroga-gamus ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 6. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam extensionis, ampliationis, renovationis,

concessio-nis, sanctionis, indulti, decreti, & de-roga-tionis infringere, vel ei temerario usu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumferit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-tri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-su-rum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno In-carnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, pridie Idus Decembris, Pon-tificatus Nostri Anno Secundo.

P. Cardinalis Prodato-rius.

F. Cardinalis Oliverius.

Visa de Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Marthettus.

Hanc Con-sti-tutionem nemo viola-re audeat.

D. 12. De-cembris
1725. P. A.
secundo.

VI.

Constitutio pro Tertiariis Ordinis Sancti Francisci. Universa privilegia toti Tertiariorum cœtu, in tres status distincto, à Summis Pontificibus concessa, confirmantur; ipsique Tertiarii omnimoda jurisdictioni, & regimini Ministri Generalis totius Ordinis Minorum, pro tempore existuti, denuo subjiciuntur, & commen-dantur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Patera Sedi Apostolicae providentia erga pios homines, sub habitu humilitatis & penitentie Deo famulantes, sape Romanos Pontifices antecessores Nostros impulsi, pro eorum solatio & commodo pridem concessa approbare, & reno-varare, & jam approbata, rursus Apostolica auctoritate munire, ut eo firmiora persisterent, quo sa-pius essent ejusdem Sedi auctoritate suffulta. Hinc, ut Ordinis Tertiiorum, Beati Francisci de Peniten-tia nuncupati, qui in tres status divisus, secularium scilicet, collegialiter viventium, & Re-gularium, magnos pietatis, & doctrinae fructus in Ecclesia Dei semper protulit, & quotidie pro-ferre satagit, quieti, regimini, atque incremen-to probè consulteretur, ab iisdem Romanis Pon-tificibus antecessoribus Nostris complures Litera-diversis temporibus jamdudum vulgatae fuerunt, in quibus varia gratia, concessiones, libertates, prærogativa, favores, immunitates, exemptio-nes, indulgentiae, declarations, facultates, privilegia, & indulta eisdem immediatæ, & direc-tæ, vel etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, præsternit Fratrum Minorum, con-cessa, ampliata, extensa, & confirmata fuere, prout in ipsis Apostolicis Literis plenius, & ubi-rius continetur.

S. 2. Cum autem, sicut accepimus, per hujusmodi concessiones, ampliations, declarations, extensio-nes, communicationes, & confirmations, adhuc omnimoda ejusdem Ordinis, & illius pro-fessorum tranquillitatæ plene, ut decet, non consul-latur; afferentibus nonnullis, gratias, & indulta hujusmodi non esse in usu, vel revocata, aut restric-ta fuisse, nec ea parte subsistere, quæ directionem, curam, & regimen eorumdem Tertiiorum concer-ni; sive Tertiarios tantum Regulares, seu sub-clausura, vel collegialiter dumtaxat viventes res-picere, non autem alios in seculo commorantes; cum tamen idem Ordo pro utriusque sexus Christi-fidelibus in ipso seculo, & in conjugio, propriis que dominibus manentibus, à Beato Franciso in-situtus, nonnisi quartodecimo labente seculo, in

Sedis Apo-stolicæ amor erga Dei fa-mulos Ter-tiarios pra-fertim Beati Francisci.

Motiva hu-jus Constitu-tionis.

Ita-